

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Heinrich Schuckmann

**Programma Pentecostale, Quo Rector Universitates Rostochiensis Henricus
Schuckman I. D. & Codicis Professor, Ad Debitum Religionis cultum Deo Spiritui
Sancto, pia devotione exhibendum, Universos & singulos Reipublicae huius
literariae Cives serio exhortatur**

Rostochii: Kilius, 1640

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn734616392>

Druck Freier  Zugang



R. u. Progr 1640

1) Johanna Quistorp
2) Heinr. Schuckmann
3) Nicolaus Schütz



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn734616392/phys_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn734616392/phys_0002)

DFG

2

PROGRAMMA
PENTECOSTALE,

RECTOR

Universitatis Rostochiensis

HENRICVS SCHVCKMAN

J. D. & Codicis Professor,

Ad Debitum Religionis cultum

DEO SPIRE
TUI SANCTO,

piâ devotione exhibendum,

Universos & singulos Reipublica hujus literaria.

Cives seriò exhortatur.



ROSTOCHII,

Typis NICOLAI KILI, Acad. Typogr.

ANNO M DC XL.

A facies est hodiernæ fe-
stivitatis, atq; in istam claritatem
explicata, ut obstupescere præ
gaudio, & defœcatà quadā dulce-
dine omnes expleri deceat, quo-
quot oculos mentis suæ terrenâ mbole sepositâ, in
magnitudinem elevârint divinæ Gratiæ, ex quâ
non rivulus aliquis, sed fluvij procedunt, deducti
hodiè in totius Ecclesiæ Sanctuarium: Quid enim
est; ubi Spiritus Sanctus Deus à Deo effunditur,
quod re sedisse amplius in abysso Charitatis, nec
esse ad mortalium salutem translatum videatur?
In humanis negotijs, ut sint tuto ri loco res ali-
cujus posicæ, pignoribus caveri solet; quibus fide-
liter asservatis, habet quisquam, undè & promit-
tere sibi queat Securitatem, & minus dubij de al-
terius fidè concipere. Ipse æternus Deus usq;
ad eō dignatus est facilem se dare humanæ infir-
mitati, ut possessionem supernarum rerum, quam
apprehendendam suo tempore Ecclesiæ præsti-
tuit, (cum posset vel solo nutu eam præstare)
Arrhabone munitam obfirmatamq; suo Spiritu
voluerit. Hic Spiritus, uti est infinitæ potentiaz, ita
dubitare de favore Dei, deq; cœlestium rerum
certitudine, quisquis illum fideli mente servat,
nemini concedit. Sic ergo humana Beatitudo in

fasti.

fastigium oportet summæ securitatis sit adducta,
posteaquam gaudere orbis Christianus tanto
tamq; venerabili pignore cœpit. Etsi autem
benignitas hujus Spiritus eò usq; progreditur, ut
altius progreedi pro hominum salute non possit;
dolendum tamen est, nec coli illius Numen eā
devotione, quā decet; nec intelligi quidem à
plurimis, quanta sit in ipsius præsidio, quamque
immutabilis ad omnium conservationem statuta
necessitas. Inter tot turbas, quas excitat hostis
ex orco, totq; funestas regnorum, imperiorum, di-
tionum ac urbium concussions, quod Ecclesia,
Scholæ, Respublicæ, quod status aliquis salvus
adhuc in orbe supersit, nulli omnino acceptum
ferri, nisi soli Spiritui S, debet, cuius præpotenti
virtute, & admirandâ rerum gubernatione sub-
nixa continent omnia. Absq; illo foret, & cun-
cta subinde permisceri, & ipsam Universitatem
ad nihilum redire. In homine quicquid boni
datur, atq; à fœcibus perituri mundi secretum,
cuius beneficio accedere proprius ad cœlestium
naturam, & ludibria terrenæ sortis ex alto quasi
despicere licet; totum illud, quantumcumq; est,
unicum hunc auctorem euniq; efficacissimum
agnoscit. Deflectere quidem à tramite pietatis ac
virtutis, inq; securitatis, errorum ac vitiorum præ-
cipitia, quæ ad perniciem trahunt, turpiter delabi

B 2

(siqui-

(siquidem ductu sanctissimi Spiritus fieri id ne-
quit) remoto ipsius regimine facilimum fuerit;
Contrà verò gradum revocare, & ingredi ejus-
modi iter, cuius pœnitere se neq; præsenti secu-
lo neq; futuro quisquam sentiat, opus profecto
est, non in hominum arbitrio aut viribus posi-
tum, sed in potentia divini Spiritus, qui & erran-
tibus viam monstrat, & manum auxiliarem laban-
tibus supponit. Plantæ, segetes, herbæ, arbores &
cœtera humo nascentia, nisi ventorum adflatu re-
frigerentur, ubi ardore solis exusta flaccescunt,
aut si quid noxij ex pravis humoribus concepe-
runt, vehementiori eorundem agitatione subi-
gantur, tantum abest, ut fructus ferant, quos fe-
rendos Natura præscripsit, ut fuligine potius &
uredine magis magisq; infecta, in putredinem re-
solvantur, quam insequi deinceps extrema corru-
ptio solet. Ipse Aëris, nisi flatuum ventilatione pur-
getur, eam sibi pro varietate exhalationum con-
traxisse videretur venenatam qualitatem, quâ o-
mne genus animantium, quibus præstare fomen-
tum debebat, miserè enecaret. Quid igitur futu-
rum arbitrabimur? si intervenire mortaliū cœtui
suo motu Spiritus Domini renueret, nonnè tor-
gore, atq; exitiali veneno confectum iri omnium
mentes, ut vivis Ecclesiæ membris paulatim ex-
tinctis mera relinquuntur eaq; putrida mundo
cada-

cadavera? In obcundis officijs partibus, quæ singulis pro cuiuslibet conditione incumbunt, quod tales dantur, qui amore veritatis ac iustitiæ, omnibus vitijs & sceleribus frontem obvertant, adeoq; imperterritio animo, quicquid inde molestiarum sibi obvenerit, freti conscientiæ bonitate, quasi eludere sciant; hoc cum suprà naturæ imbecillitatem sit positum, ab eo proficiscatur oportet, quem Scriptura istam ob causam *consilij & fortitudinis* Spiritum appellat; Isenim scientes reddere in rebus dubijs, constantes in actionibus, animos in adversis, atq; à varijs mundi & Diaboli technis tutari rectè agentes solus potest. Nostra h̄oc loco, Cives Academie, potissima res agitur; proindeq; devotam gratitudinem & veræ religionis cultum, non his solum ferijs, sed per omnem deinceps vitam, sanctissimo Spiritui tanto servitatem præsternis, pietas jubet, quanto ampliorem partem in ipsius patrocinio nobis esse sitam intellexerimus. Scholæ & Academiæ, uti sunt hujus Spiritus officinæ; sic in illis, quod gaudeat feliori successu docentium ac discentium labor, quodq; ingenia præparentur ad laudem & virtutem adspirantia, eidem supremo Doctori quam maximè debetur. Quisquis ergo audeat divinâ ipsius ope sepositâ, pietatis doctrinarumque studia captare inani persuasionis aucupio, suæ

saluti imponit, nec securus agere videtur; ac si vi-
am noctu investigare sinè lumine sibi sumpererit.
Gloria æterni Numinis scopus esse, sicuti omnibus
actionibus, ita potissimum studijs scholasticis u-
nicè præfinitus debet; ab illo quò longius quis
recesserit, eò propius nuncium misisse vitæ lite-
rariæ, ut ut quâ exteriorem conversationem A-
cademicum se gesserit, reapse censembitur. Assi-
qui verò istum scopum, & ad summam Majesta-
tem omnia referre, nisi ductum glorioissimi Spi-
ritus sequutus, neutiquam quis potest; Absq;
illius dictamine nec novisse quidem licet, quid
conveniat coelesti gloriæ, nedum ad illustrandam
eam quid faciat, factis exprimere. Quantum igi-
tur non admisso regimine divini Spiritus, profe-
eturum se aliquis in actionibus literarijs credide-
rit, tantum se defecisse sentiet, ex inevitabili quam
fecerit studiorum jacturâ. Quotu quisq; enim
est, qui Academicam vitam sectaturus, aut non lo-
cum dederit Spiritus Sancti præsidio, aut imperi-
um ipsius vitæ improbitate morumq; immodestiâ
impiè excusserit, nunquam is ad solidæ scientiæ
culmen assurget, nec dignus judicabitur bono-
rum calculo, cui concredi in orbe Christiano ho-
nesta statio debeat. Etsi autem quandoq; contin-
git, ut talis quispiam, imprudentium oculis fuca-
tâ eruditione illinitis, in functionem transiliat si-

ve

ve Ecclesiasticam sive civilem, utriq; tamen, nisi ad meliorem frugem redierit, imò sibi ipsimet quin sit exitio futurus, dubium non est. Unde enim tot schismata forent, quibus Ecclesiam disturbari, totq; monstrosa consilia & tortuosæ machinationes, quibus dilacerari integras Respublicas dolemus, nisi ab ijs excitarentur, qui umbiâ sapientiæ tumentes, impietatis juxta ac iniquitatis telam, quam fuerant, remoto Spiritus Sancti dominio, in Scholis primum & Academijs exorsi, pertexere deinceps, ubi ad altiora proruperunt, & longè lateq; in hominum genus diffundere non verentur. Vobis, Cives Academicí, quotquot amore coelestis gloriæ stimulati, adferre aliquando ad Ecclesiæ & Reipublicæ bonum, non speciem fictæ pietatis ac eruditionis, sed solidam scientiam atq; ex immotis principijs petitam constituitis, vel unica conscientia dictabit, ne quicquam feliciter vos acturos, simul atq; Ductorem Spiritum Sanctum procul esse vestris mentibus & actionibus feceritis. Novistis omnes, vel nosse vos decet, cum impietate, proterviâ, nocendi libidine, effræni procacitate, alijsq; vitiis conatibus, nunquam constitere benignissimum Spiritus Sancti patrocinium, usq; adeò, ut aut exuat improbos istos mores, quisquis se illis mancipaverit, aut alterius, qui discedente cœlesti Spiritu (prout ipsi per omnia adver-
satur)

satur) locum occupare solet, inexplibilem tyran-
nidem, suâ culpâ neccesse sit, admittat. Vobis
qui amore purissimi Spiritus ducimini, quam-
exosum fuerit istiusmodi pravitatis genus, reipsâ
ostendetis, si componere ad summi hujus patroni
placitum & arbitrium omnia vestra studueritis.
In Gentilismo eam habuisse Dijs Tutelaribus reve-
rentiam leguntur, ut designare quicquam, quod
ipsis adversum scirent, nefas & piaculum putave-
rint. Vestrûm, Cives Academicî, neminem
suspicabimus tam abjectissimi esse ingenij, ut
miseris gentilibus, extremâ cæcitate constrictis,
palmam concedere voluerit, ut quod illi tanto-
perè sunt aversati, ne honorem ficitij Numinis
temerare viderentur, quilibet etiam sub clara Ev-
angelij luce, in odium ac contumeliam veri Dei,
cui se omnia bona debere sentit, longè minus
patrandum sibi statuat. Beatissimi eritis, qui studia
& actiones vestras imperio solius æterni Spiritus
flecti ac contineri patiemini. Perditissimi vero,
quotquot vitâ nocenter institutâ, unicum hunc
sauctissimum Ducem, extra quem non aliud
datur, migrare compuleritis. P. P. Rosto-
chij sub sigillo Rectoratus, feriâ
primâ Pentecostes

Anno 1640.





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn734616392/phys_0011](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn734616392/phys_0011)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn734616392/phys_0012](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn734616392/phys_0012)

DFG

etiam currendi dabant facultates
lumina in altissimis tenebris era-
in pristinum restituerebat aspectum
linguas in eloquium, sermonen-
dorum patefactis auribus insin-
Pollutos ac sparsos maculis rep-
velut somno expergefactos ad
Quæ cum historia nobis Evangelii
inculcat, opera non est ea prolixa.
Satis, imo plus satis est, ut nos a
ac praestandum cultum praestemus
variegato vestium luxu, non te-
orum nationalium paratu, ne
contumeliosis aliorum, quorū
STUS non minus quam nostri
stationibus, non canino latratu,
more & boatu, non cruentis ri-
nati, non barbara digladiatione
sibus traharum cum tintinna
vectationibus, non alijs moribus
quamlibet immani & feræ, q
literarum studiose, quam hu-
profidenti, imò quod caput ei-
stianismum, spem vitæ æter-
convenientibus. Videamus
ose caveamus, ne sectatores 1



the scale towards document

n cœca
oculos
torum
at: Sur-
litum:
mortuos
vocabat.
anno
censere
gratias
vario &
convivi-
entis &
CHRI-
st, exagi-
no cla-
xino la-
circen-
plateas
potius,
ni, quam
cultum,
n, Chri-
ferenti,
& studi-
e sodales
Plato-